UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jnstitutio moralis philosophie metrica

Horatius Flaccus, Quintus

Dauentrie, 1504

Ad Sceuam

urn:nbn:de:hbz:466:1-70184

Visual Library

¶ Epiſtolarum.

Qui metuens viuit: liber mihi non erit vnq̃
Perdidit arma: locum virtutis deſeruit qui
Semper in augenda feſtinat: ⁊ obruitur re
Vendere cum poſſis captiuum. occidere noli
Seruiet vtiliter. ſine paſcat durus: aretqꝫ
Nauiget ac medijs hiemet mercator in vndis
Annonę proſit portet frumenta pocnuſqꝫ
Vir bonus ac ſapiens audebit dicere pentheu
Rector thebarum quid me perferre patiqꝫ
Indignum coges: adima in bona: nempe pecus rem
Lectos argentum. tollas licet ⁊ manicis et
Compedibus ſeuo te ſub cuſtode tencbo.
Ipſe deus ſimul atqꝫ volam: me ſoluet: opinor
Hec ſentit. moriar. mors vltima linea rerum eſt

¶ Argumentum epiſtole. xviij.

Laudat id vite genus in quo etſi res aſſint recte libera liter qꝫ fruamur Et ſi deſint equo animo illis careamus Maxi mopere autem laudat eos qui maioribus obſequioſos ſine tamen adulatione ſe prebent Proptereaqꝫ proponit inſtitutum Criſip pi auſteritati que in diogene erat Sin quis igitur quietã vitam adamat ⁊ preſentibus eſt contentus viuat vt diogenes. Si autẽ et ſibi ⁊ ſuis plura acquirere cupit. ſciat vti foro vt eſt apud Therentium ⁊ imitetur Ariſtippum.

¶ Ad Sceuam

Quam uis ſceua ſatis parte tibi conſulis ⁊ ſcis
Quo tandem pacto deceat maioribus vti
Diſce docendus adhuc: quid cenſet amiculus: vt ſi
Cecus iter monſtrare velit: tamen aſpice ſi quid
Et nos quod cures proprium feciſſe loquamur
Si te grata quies ⁊ primam ſomnus in horam
Delectat: ſi te puluis ſtrepituſqꝫ rotarum

¶ Liber Primus

Si ledet caupona: ferentinum ire iubebo
Nam neq; diuitibus contingunt gaudia ſolis
Nec vixit male: qui natus morienſq; fefellit
Si prodeſſe tuis pauloq; benignius ipſum
Te tractare voles: accedes ſiccus ad vnctum
Si pranderet olus patienter regibus vti
Nollet Ariſtippus: ſi ſciret regibus vti
Faſtidiret olus. qui me notat vtrius horum
Verba probes: ⁊ facta doce vel iunioꝛ audi
Cur ſit Ariſtippi potioꝛ ſententia. namq;
Moꝛdacem cynicum ſic eludebat vt aiunt
Scurroꝛ ego ipſe mihi populo tu rectius hoc ⁊
Splendidius multo eſt equus vt me poꝛtet: alat rex
Officium facio tu poſcis vilia verum es
Dante minoꝛ quamuis te fers nullius egentem
Omnis Ariſtippum decuit coloꝛ: ⁊ ſtatus ⁊ res
Tentantem maioꝛa fere preſentibus equum
Contra quem duplici panno patientia velat
Miraboꝛ vite via ſi conuerſa decebit
Alter purpureum non expectabit amictum
Quidlibet indutus celeberrima per loca vadet
Perſonamq; feret non inconcinnus vtramq;
Alter myleti textam cane peius ⁊ angue
Vitabit clamydem moꝛietur frigoꝛe: ſi non
Retuleris pannum: refer et ſine viuat ineptus
Res gerere ⁊ captos oſtendere ciuibus hoſtes
Attingit ſolium iouis: ⁊ celeſtia tentat
Principibus placuiſſe viris non vltima laus eſt
Non cui vis homini contingit adire coꝛinthum

¶ Epiſtolarum.

Sedit qui timuit: ne non ſuccederet: eſto
Quid qui peruenit: fecit ne viriliter: atqui
Hic eſt: aut nuſq̃ quod querimus hic onus horret
Ut paruis animis ⁊ paruo corpore maius
Hic ſubit: ⁊ perfert aut virtus nomen inane eſt
Aut decus ⁊ precium recte petit experiens vir
Coram rege ſuo de paupertate tacentes
Plus poſcente ferent: diſtat ſumas ne pudenter
An rapias. atqui rerum caput hoc erat hic fons
¶ Indotata mihi ſoror eſt: paupercula mater
Et fundus nec vendibilis: nec paſcere firmus
Qui dicit clamat: victum date. ſuccinit alter
Et mihi diuiduo findetur munere quadra
Sed tacitus paſci ſi poſſet coruus haberet
Plus dapis ⁊ rixe multo minus inuidieq̃
Brunduſium comes aut Surrẽtum ductus amenum
Qui queritur ſalebras ⁊ acerbum frigus ⁊ imbres
Et ciſtam ⁊ fractam ⁊ ſubducta viatica plorat
Nota refert meretricis acumina: ſepe catellam
Sepe Periſcelidem raptam ſibi flentis: vti mox
Nulla fides damnis veriſq̃ doloribus adſit
Nec ſemel irriſus triuijs attollere curat
Fracto crure planum: licet illi plura maneret
Lachrima. per ſanctum iuratus dicat oſirim
Credite. non ludo. crudeles tollite claudum
Quere peregrinum vicinia rauca reclamat

¶ Argumentum epiſtole. xix.

Est in vita humana q̃dã iuſticie p̃ticula quã integitatẽ vocamus que ⁊ amicos nobis vehemẽter ↄciliat ⁊ ↄciliatos cõſeruat. Huic autem inſunt fides veriloquiũ, ⁊ ſimp licitas.